



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Vatabli, Grotii, Cocceji, Zegeri, Belgarum diversæ interpretationes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

LIBER PRIMUS. 101

Davidem dixisse Joabum foedasse
gladium suum, quo accinctus erat,
sanguine innocentum, & calcea-
menta, quæ in pedibus erant.

III. Hoc licet constet in mili-
tia veterum pedes caligis munitos
fuisse, non tamen adeo exploratū est,
quid sibi velit Paulus, cum Chri-
stianos calceari jubeat *ἐν ἑτοιμασίᾳ
τῆς εὐαγγελίᾳ τῆς εἰρήνης*. Nulli enim
mihi satisfaciunt interpretes, quos
ad hunc locum consului. Vocem
ἑτοιμασίαν, cum ab *ἑτοιμάζω* præparo
dictam scirent, præparationem,
promptitudinem, significare volue-
runt, quæ quidem ejus est vulga-
ris apud Græcos notio. Ita vel
præparationem vel *promptitudinem*
vertunt Vulgatus, Erasmus, Be-
za, Coccejus, Belgæ, & omnes
vernaculi interpretes. Sensum
vero non eundem assignant homi-
nes eruditi. Vatablus. *Ut parati*
sitis ad Evangelium pacis annuncian-
dum. Vir illustrissimus Hugo
Grotius. *Pedes significant quotida-*
nas actiones, ut diximus ad Joh. 13.
10. Eæ non sordescunt, si semper in-
sistant cogitationibus exsequendi &
propagandi Evangelii. Magnus Coc-
E 3 cejus.

Vatabl. ad
h. l.

Grot. ad
h. l.

Coccej. ad
h. l.

Ετοιμασία εὐαγγελίου ἔστι εἰρήνη
est promptitudo annuntiandi pa-
cem. Apud Apostolum multis in
locis εὐαγγέλιον est εὐαγγελισμός. Eam
promptitudinem comparat cum calceis
vel ocreis: nempe ut quasi plana sit
via ad eundem per totum mundum,
quemadmodum ei qui ocreatus vel cal-
ceatus est, omnis via mollis & faci-

Zeger. ad
h. l.

lis est. Nicolaus Zegerus: Cal-
ceati, inquit, per præparationem
Euangelii pacis, ut parati sitis & ipsi
per Euangelii iter incedere, & alios ad
idem docendo præparare. Et, qui ab his
omnibus abeunt Belgæ interpre-
tes: D. met altijd bereyt te zijn om
het geloove te belijden, en rekenschap
te geven van de hope die in u is, Rom.
10. 10. 1. Petr. 3. 15. want de schaam-
achtige of vreesachtige in dit stuk
pleecht de Satan lichtelijk tot sware
sonden te brengen. Hoc est, ut
semper sitis parati ad confessionem fi-
dei, & rationem reddendam spei,
quæ in vobis est, Rom. 10. 10. 1. Petr.
3. 15. Nam verecundos aut timentes
hæc in re solet Satanas facile in mag-
na peccata inducere, Plura aliorum
interpretamenta huc transcribere
neque mihi vacat, neque aliis
gratum foret. IV. Ego

Belgæ ad
h. l.

IV. Ego puto, & ἰτοιμασίαν hic minime notare *promptitudinem*, vel *præparationem*, & errare omnes in assignando hujus dicti sensu. Si ἰτοιμασία hic notaret *præparationem*, sive *promptitudinem*, non video quare voluerit hominem Christianum ea calceari Apostolus. Calceamenta apud veteres pedum quasi vincula & impedimenta sunt habita, quæ non tantum nihil conferre ad *promptitudinem* sed quam maxime obesse existimarunt. Ita Musonius Philosophus, cujus verba hæc sunt apud Stobæum. Καὶ σὺ γε ὑποδέδασθαι τὸ ἀνυποδετεῖν τῷ δουρῷ κρεῖττον. Κινδυνεύει γὰρ τὸ μὴ ὑποδέδασθαι τῷ δεδῶσθαι ἐχθρὸς εἶναι. ἢ ὅτι ἀνυποδησία πολλὴν ἀλυπίαν τινὰ καὶ εὐχρίαν τοῖς ποσὶν παρέχει, ὅταν ἡσκημένοι ᾖσι:

*Nudis pedibus incedere ei qui potest melius est quam calceari. Videtur enim calceari propemodum esse quod vinciri. Sine calceis autem valde expediti & agiles sunt pedes, præsertim si adsit usus. Quod ipsum confirmat Musonius tabel-
bellariorum & cursorum exemplo, qui excalceati sua munia obierunt, ut magis expediti essent atque agiles, quomodo & ex Athletis cur-*